

IACOBVS BEDROTTVS PROFESSOR ARGENTINENSIS.



Iacobus Pludentinus, natione Germanus, post prima literarum fundamenta in patria percepta sese hinc inde ad varias Academias contulit, atque Græcæ & Latinæ linguæ singulari successu operam dedit. Nam eam eruditionem sibi comparavit, ut uiris doctissimis adnumeraretur. Itaque eo tempore, cum Argentinenſis ſcholę principia conſtituerentur, Iacobus eò uocatus, & inter primos profefſores receptus fuit, Anno ſalutis milleſimo quingēteſimo triceſimo tertio. In eo loco optimos quoſque Græcos atque Latinos authores publicè expoſuit, atque in ea ſchola magnam ſui nominis exiſtimationem comparauit. Flori quoque Hiſtoriam a mendis correxit, atq; Athenæi Sympoſiaca diligenter caſtigauit. Cum hoc modo in medio ſtudiorum curſu pergeret, magno omnium luctu Argentinae anno circiter 1536 immatura morte obiit, atque honorificè ſepultus fuit.

Conrad. Geſſ.